PER OCTAVAM S. LAURENTII.

Ad Memoriam Ant. viij. toni.





℣. Glória et honóre. (nisi aliter notetur), pag. 639.; Oratio Da nobis., pag. 641.

DIE XI. AUGUSTI.

IN OCTAVA S. DOMINICI CONF. P. N.

SOLEMNE.

Omnia ut in die, servato modo Octavæ diei Solemnis.

DIE XII. AUGUSTI.

S. CLARÆ VIRGINIS.

DUPLEX. Oratio.

FAMULOS tuos, quæsumus Dómine, beátæ Vírginis tuæ Claræ votíva natalítia recenséntes, cæléstium gaudiórum sua fácias interventióne partícipes ✠ et tui Unigéniti coherédes : Qui tecum vivit.

DIE XIII. AUGUSTI.

SS. HIPPOLYTI ET SOCIORUM MARTYRUM.

DUPLEX. Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut beáti Hippólyti Mártyris tui Sociorúmque ejus veneránda solémnitas ✠ et devotiónem nobis áugeat et salútem : Per.